Breve

Diffinitorio, que nro Muy Sancto Padre Inocencio 10. a despachado en contradictorio Juicio en Roma a 19 de Noviembre de 1652. aprobando en todo el de 14 de Mayo de 1648. Sobre las dudas, y diferencias que tubieron los Religiosos de la Compañia de Jesus de la nueva Hispaña el año de 1647. con el Illustrissimo Señor D. Juº de Pallafox, y Mendoza Obispo de la Puebla de los Angeles del Consejo de su Magestad, y del Supremo, y Rl. de Aragon en el qual se difinen 26. punctos Sacramentales, y Jurisdicionales. Se manda por Su Sanc. inuiolablemente observar.

[illegible]

Innocentius P.P. X.

Ad futuram rei memoriam, aliaq a nobis ema-
narunt litterae, in simili forma breuis tenoris sequentis,
videlicet Innocentius P.P. X. ad futuram rei memoriam.
Cum sicut accepimus, aliquas fuerint ortae differentiae int.
Venerabilis fratrem Joannes Episcopum Angelopolitanus
siue Populi S. Angelorum in Indijs Occidentalibus ex
una: et dilectos filios clericos regulares Societatis
[illegible] partibus existen, et et super munere praedi-
[illegible] verbi Dei tam in proprijs, eorumdem clericorum
regularium petita solum Episcopi benedictione, quam
in alienis ecclesijs petita, et obtenta ab eodem Episco-
po diocesano licentia exercendi, nec non super con-
fessionibus laicorum audiendis prævio examine, siue
approbat.e eiusdem Episcopi Diocesani, quae dicti cleri-
[illegible] regulares in vim priuilegiorum prædictae Societati
Apostolica auctoritate concessorum, sibi proprio jure
licere prætendebant, et desuper in partibus fuerit
[illegible]ventum ad plures actus judiciales, et pro parte
clericorum regularium huiusmodi, ad Electionem
conseruatorum priuilegiorum: nobis que tam dicti
Joannis Episcopi, quam eorumdem Clericorum regula-

rium nomine & sopiendis differentijs huiusmodi, quedam huiusmodi dubia decisionem differentiarum predictarum, nec non iurisdictionis ordinariorum in exemptos, et ipsorum clericorum regularium exemptorum a iurisdictione ordinarij concernentia fuerint proposita, ad que ambe partes responderi, et quid desuper observandum sit auctoritate nostra Apostolica statui, et stabiliri desiderabant. Nos qui omnium fidelium, et presertim Ecclesiasticorum quieti libenter incumbimus, differentias predictas, totumque negotium particulari congregationi aliquorum venerabilium fratrum nostrorum Sancte Romane Ecclesie cardinalium, et dilectorum filiorum Romane curie prelatorum examinandum commisimus, qui auditis saepius procuratoribus predicti Joannis Episcopi nec non procuratore generali Societatis predicte, negotio mature discusso, omnibus dubijs, et petitionibus hinc inde propositis responderunt prout sequitur videlicet:

Decision sobre la causa principal.

Sacra Congregatio a S.mo D. nostro deputata super controversijs vertentibus inter Episcopum Angelopolitanum in Indijs occidentalibus, et Religiosos Societatis Jesu saepius auditis procuratoribus ab eodem Episcopo ad Urbem allegatis, nec non eiusdem Societatis procuratore generali, negotioque accurate discusso censuit predictos Religiosos nequaquam posse in civitate et diocesi Angelopolitana personarum secularium confessiones audire, sine approbatione Episcopi

Epi Diœcesani, nec uerbum Dei prædicare in Ecclesijs sui ordinis, non petita ipsius Benedicti, nec in alijs ecclesijs sine eius licentia, nec in ecclesijs etiam sui ordinis ipso contradicente, et contrauenientes ab Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ delegato coerceri et puniri posse, etiam censuris ecclesiasticis, in uim constitutionis sanctæ memoriæ Gregorij 15. quæ incipit: Inscrutabili Dei prouidentia, ac proinde memoratos religiosos, qui huiusmodi approbationis, ac licentiæ se obtinuisse non docuerint, potuisse Episcopum, seu eius generalem uicarium præcipere sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ut a confessionibus audiendis, et uerbi Dei prædicatione abstinerent, nec ob eam causam licuisse dictis Religiosis, quasi a manifestis iniurijs, et uiolentijs elegere conseruatores, eosque ut præfertur, electos in Episcopum eiusque Vicarium generalem indebite, ac nulliter excommunicationes fulminasse. Cæterum Sancta congregatio sensus in Domino hortatur, ac monet Episcopum ut christianæ mansuetudinis memor erga Societatem Jesu, quæ laudabili suo instituto in Ecclesiam Dei tam fructuose laborauit, ac sine intermissione laborat, paterno se gerat affectu, eam que in regimine ecclesiæ suæ peruttilis adiutricis agnoscens, benigne foueat, ac pristinæ suæ beneuolentiæ restituat, quemadmodum Sacra congregatio ipsius facturum confidit, sibi que certo pollicetur, cuius zelum pietatis, ac pastoralis sollicitudinem compertam habeat. Datum Romæ die decima sexta April. anno M.D.C.XLVIII.

Declarase que fueron justas las censuras fulminadas por el Vicario general del Obispo, y nullas y inualidas de los pretensos, conseruadores, que no fue caso de poder los nombrar.

Et præmissorum occasione pro parte prædicti Joannis Episcopi, nec non religiosorum Societatis Jesu, in eadem congregatione proposita fuerunt diuersa dubia, de mandato Sanctissimi resoluenda, quæ quidem Sacra congregatio sæpius auditis, ut in præ-

Dudas propuestas por parte de la dignidad Episcopal, y sus decisiones.

mij ab eodem Episcopo ad urbem missij, nec non procuratori generali eiusdem Societatis, negotio que mature perpenso ad singula dubia, ab utraque parte exposita, respondit ordine, quo sequitur.

Sobre los conservadores. Primo. an in casu, quo Episcopus praecipiat decreta aliqua concilij Tridentini a Regularibus observari, et executioni demandari, Regulares quicumque etiam Societatis Jesu sub praetextu, quod huiusmodi praecepta infringant sua privilegia possint eligere conservatores? Congregatio respondit. Si Episcopus praeciperet regularibus, etiam Societatis Jesu, ut decreta aliqua Concilij Tridentini observent, ac exequantur in illis casibus, in quibus per ipsum Concilium, vel Constitutiones Apostolicas, Regulares exempti subijciuntur jurisdictioni et correctioni Episcopi, minime licere ipsis regularibus ob eam causam conservatores eligere.

Sobre lo mismo. Secundo an quod ordinarius procedit, iuris ordine servato adversus regulares praedictos, in casibus in quibus per Concilium Tridentinum, vel Constitutiones Apostolicas ipsi subijciuntur possint conservatores iudices assignare? Respondit ut ad proximum non posse.

Sobre la exhibicion de los privilegios de la Compañia. Tertio an Regularibus etiam Societatis Jesu, asserentibus se habere privilegia, quominus obediant Episcopo, in executione decretorum iuxta cap. Concilij Tridentini, et Constitutionum Apostolicarum, ordinarij debeant ipsis adhibere fidem absque exhibitione huiusmodi privilegiorum? Respondit ordinarios non teneri huiusmodi assertioni fidem adhibere absque integrali privilegiorum exhibitione.

Sobre la intelligencia de los privilegios. Quarto an in casu quo Regulares, quicumque etiam Societatis Jesu exhibeant aliqua privilegia, et ordinarij iudicent ea non suffragari, casui de quo agitur, et ad eum non favere

Regulares prædicti possint, et debeant recurrere ad Summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotissimis, ad Metropolitanum, sive ordinarium viciniorem, vel potius possint hoc casu eligere judices conservatores? Respondit si verba privilegiorum sunt obscura, et ambigua non licere recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem Episcopum, nec conservatores eligere, sed Summum Pontificem qui interpretatur esse adeundum.

Quinto Utrum constitutio felicis recordationis Gregorij decimi quinti circa conservatores regularium, publicata anno 1621 cum declarationibus Eminentissimae Sacrae Congregationis Concilij Tridentini interpretum desuper editis, quæ afficiat, et comprehendat religiosos Societatis Jesu, ac reliquos regulares, ita ut omnia alia prædicta Societatis privilegia fuerint reducta ad terminos dictæ constitutionis et sic in posterum debeant ab ijs eligi conservatores iuxta formam, et tenorem prædictæ constitutionis? Respondit Gregorianam constitutionem cum declarationibus ut præfertur editis, æque afficere religiosos Societatis Jesu, atque aliorum ordinum, et conservatores ad illius præscriptum esse eligendos non obstantibus quibusvis privilegijs, quippe quæ omnia sunt redacta ad terminos ipsius constitutionis.

Sobre la constitución de Gregorio 15 en razón de los conservadores.

Sexto, an Regulares prædicti gravati ære alieno, vel ad ratiocinia, vel testamentorum executores, possint conveniri coram ordinario, si conservatores non nominaverint intra tempus habile ab ordinario præscriptum. Respondit Regulares in causis prædictis coram ordinario loci esse conveniendos si ad præscriptum constitutionis s. memoriæ Gregorij 15. conservatores non elegerint, ipsiusque electionis documentum intra præfinitum tempus in actis curiæ ipsius ordinarij non exhibuerint, ac dimiserint.

Sobre convenir en causas civiles a los de la Compañía.

Sobre si los conservadores han de dar fianzas.

Septimo. an dicti Regulares, conservatores, sive ad Litem, sive ad privilegia tuenda assumentes, teneantur ante exercitium commisionis prestare cautionem coram Ordinario, sive alio iudice competente de iudicio sisti, et iudicatum solvendo casu quo in Lite, sive causa succubuerint? Respondit non teneri.

Sobre la defensa de los diezmos.

Octavo. An quando Episcopi iura, vel decimas Cathedralium adversus Regulares predictos dote sua spoliantes Ecclesias coram iudice competente tuentur, librosque, memorialia, et allegationes producunt ius Ecclesiarum Cathedralium exprimentes, et acquisitiones Religiosorum, aliaque id genus adnumerantes, huiusmodi scriptorum ocasione possint Regulares nominare conservatores, pretendentes iniuriam sibi inferri in referendo inmoderatas acquisitiones? Respondit, si Episcopi pro tuendis iuribus Cathedralium Ecclesiarum coram iudice competenti huiusmodi scripta producant, et Regularium inmoderatas acquisitiones veraciter et modeste referant, non licere regularibus ob eam causam ad conservatores recurrere.

Sobre el confesar y predicar sin licencia del Obispo diocesano aunque la tengan de otros.

9°. Utrum regulares quicumque etiam Societatis Iesu, possint administrare Sacramentum Poenitentiae secularibus, absque licentia Episcopi Diocesani, etiam si in aliena diocesi approbati sit; Respondit, regulares, etiam Societatis Iesu in una diocesi ab Episcopo approbatos, ad confessiones personarum secularium audiendas nequaquam posse in alia diocesi huiusmodi confessiones audire, sine approbatione Episcopi Diocesani.

Sobre si puede prohibir el Obispo con censuras, que no confiesen sin su aprobacion.

Decimo. An Episcopus contra dictos regulares audientes in sua diocesi confessiones secularium

absq. sua approbatione, vel concionatores absq. licen-
tia Episcopi intra et extra proprias Ecclesias posit proce-
dere, eos à talibus Ministerijs removendo, sive praeceptis,
et alijs iuris remedijs coercendo? Respondit eisdem Regula-
ribus qui confessiones personarum saecularium audiunt sine ap-
probatione Episcopi Loci, vel praedicant in Ecclesijs sui ordinis,
non petita illius benedictione, aut in alijs Ecclesijs absq. eius
licentia, vel in Ecclesijs, etiam sui ordinis, ipso contradicen-
te, posse Episcopum in vim constitutionis Felicis recordatio-
nis Gregorij 15. quae incipit: inscrutabili Dei providen-
tia, tanquam sedis Apostolicae delegatum administrationem Sa-
cramenti Paenitentiae ac muneris praedicationis interdicere, eosq.
iuris remedijs coercere, et punire. Undecimo. An quando
Episcopo constat dictas licentias obtentas non fuisse, ipse
posit praecipere, ut donec licentias intra praescriptum tempus
exhibeant, à tali Ministerio abstineant, et an requirendus
sit per Episcopum pro ijs exhibendis provincialis in alia
Diacesi, vel longissime existens, vel ipsi regulares con-
fessarij, vel eorum superiores eiusdem diacesis, in qua praedicatio-
nem exercent? Respondit, posse Episcopum sic praecipere, nec pro
huiusmodi licentijs requirendum esse Provincialem, sed satis
esse ipsos religiosos requirere, aut eorum superiores in diace-
si Episcopi existentes. 12. An si contingat, ut aliquis
praedictorum regularium insurgat contra Episcopum in pro-
pria diacesi maledictis cum scripto, vel dicto, populum scan-
dalizando posit ab Episcopo puniri, et qua animadversione.
Et quid, si huiusmodi delinquens transiverit ad alias diaceses,

Ahora si puede el Obispo prohibir que no confiesen hasta que exhiban las licencias, q. le compete por su Secretaria q. no las tienen.

Sobre si alguno escribe en propria, o agena Diocesi contra el Obispo.

hoc casu seruandum sit, et qua pena puniendus sit regularis qui commorans in dicta Diecesi, spargat famosos libellos contra ordinarium alterius Diecesis? Respondit si Regularis intra claustra degens extra ea in casibus in dubio expressis, ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante teneri superiorem Regularem infra tempus ab Episcopo prefiniendum seuere illum punire ac de punitione Episcopum certiorem facere, alioquin sic delinquentem ab Episcopo puniri posse ad prescriptum Concilij Tridentini Cap. 14. Sess. 25. de Reg. quod si delinquens ad aliam Diecesim migrauerit seruandum esse, quod precipitur in Constitutione sancte memorie Clementis 8., incipiente Suscepti muneris ratio. 13. an

Sobre si los confessores antes de usar an de exhibir al obispo su eleccion y nombramiento.

Confessores nominati, et electi a Regularibus predictis, ante exercitium sue jurisdictionis, teneant electionis authenticum documentum exhibere coram ordinario sub pena nullitatis actus? Respondit utique teneri.

San de exhibir sus priuilegios entonces quando se les pidan.

14. An priuilegia, que sunt dicte jurisdictionis ordinarij et quibus gaudent, et gaudere pretendunt regulares predicti debeant Episcopis notificari, siue insinuari? Respondit regulares teneri huiusmodi priuilegia Episcopis exhibere, si eis uti voluerint. 15. An predia

Sobre si gozan de priuilegios de colegios las obras, ingenios de azucar, y otras haciendas.

Rustica metallorum fodine, sacari, opificine, a Regularibus Societatis, vel alijs possessa, vel alij domus seculares in quibus videlicet unus, vel duo regulares tantum commorentur gaudeant priuilegio, Collegiorum, siue Conuentum. Respondit non gaudere. 16. Utrum re-

Sobre la venta de cosas commerciables, y sus officinas.

gulares predicti apothecas quarumcumque mercium, macela, et similia presertim qui Collegia, siue Conuentus

Excurrentes possint ab ordinariis sub censuris inhiberi, ne huiusmodi exerceant? Respondit non posse Episcopum hec prohibere regularibus exemptis, sed si in premissis ita notorie delinquant extra claustra, ut posito scandalo sint seruandum esse, quod dictum est supra in responsione ad 12. 17. Utrum regulares etiam Patres Jesuite in suis praedijs, opificinis, alijs, que suis Domibus regularibus sitis intra limites parrochiarum ad se non spectantium possint administrare Sacramentum Baptismatis, solemnis matrimonij, extreme unctionis, et Eucharistiae in festo paschatis famulis, mercenarijs, rusticis, seu alijs id genus hominibus seculari absque ordinarij, vel parrochi licentia? respondit non posse. 18. Utrum Patres Societatis in Civitate et Diecesi Angelorum, possint consecrare Vasa sacra altaria et similia in quibus unctio requiritur? Respondit itidem non posse. Pro parte vero Religiosorum Societatis Jesu fuerunt posita in praescripta dubia. 19. An Episcopi in partibus indiarum possint ex integro totum unum monasterium, vel collegium ab audiendis confessionibus suspendere? Respondit Episcopos indiarum posse quidem omnibus simul unius monasterij, vel collegij confessarijs adimere facultatem audiendi confessiones, verum Regularium etiam inconsulta sacra congregatione Episcoporum, et regularium negotijs praeposita, cum decreto ubi ea editum sub die 20. Novembris M. DC. XV. relaxet. Ex intentionis effectu, et conscientia morali non extinctam ad regiones illas tam longe ab urbe distantes verum ab hac generali suspensione, que vix sine scandalo, et animarum pernicie contingere potest abstinendum esse Episcopis, nisi gravissima subsistente causa de qua sacra congregatio illorum conscientias voluit esse oneratas.

Si pueden administrar sacramentos en sus haciendas.

Si pueden los de la compañia consagrar aras y calices en la diocesis de los angeles.

Dudas propuestas por parte de los religiosos de la compañia y sus decisiones. Si un obispo en las indias puede prohibir a un collegio que no confiese, y predique a regulares.

Si puede el Obispo revocar la aprovacion al q[u]e dio su licencia. — 2.° An Episcopus regulares pro confessionibus semel approbatum sine noua causa suspendere ab officio possit audiendi confessiones. Respondit regulares alias libere ab Episcopo previo examine approbatos, ad audiendas confessiones personarum secularium ab eodem Episcopo suspendi non posse sine noua causa

Sobre la Bulla de Pio 5 34 en orden tom. 2 del Bullario: — ea que ad confessiones ipsas pertinente. 3.° an Bulla Pii 5. 34 in ordine tomi 2. Bullarii ancessa instante, et supplicante serenissimo Rege Catholico non ad petitionem Regularium, sit reuocata in Bullis Summorum Pontificum in quibus exemptiones regularium mitigantur. Respondit. Agendum cum Sanctissimo, an velit declarare Bullam non esse reuocatam, illam tamen non suffragari, nisi in locis ubi est defectus parrochorum. Quarto.

Si puede el Obispo proceder contra los inobedientes por censuras exemptos y en virtud de que derecho. — An Episcopus possit cum censuris procedere contra regulares exemptos si inobedientes fuerint, in confessionibus audiendis vel predicatione verbi Dei, et hoc an iure concilii Tridentini, vel per quem canonem. Respondit posse procedere non quidem in vim concilii Tridentini, sed in vim constitutionis Gregorii 15. que incipit. Inscrutabili Dei providentia. 5. An licentia audiendi confessiones, et predicandi ab Episcopo per literas missiuas

Si puede conceder licencia de confesar, y predicar por letras missivas. — an solum per literas patentes cancellarie concedi possit. Respondit posse concedi etiam per literas missiuas, vel

Sobre si puede conceder de palabra. — etiam verbo si ita Episcopo videbitur. Sexto. an talis licentia verbo, sine scriptis concedi possit? Respondit ut ad proximum. Septimo an facultas eligendi confessores

Sobre el nombramiento de juezes conservadores de la Compañia y observancia de la Bulla de Gregorio 15. — concessa Societati a Gregorio 13. suffragetur illis in locis, in quibus adsunt iudices synodales. Respondit ubi non adsunt iudices sinodales, priuilegium Gregorii 13. non suffragari quoad hoc, ut Societas

non teneatur ex illis eligere Conservatores, dummodo tamen in eligendis servetur forma constitut.^is Gregorij 13. hac de re edita.

§. an Conservatores Societatis, Vicarios generales Episcoporum auctoritate Apostolica per sententias, censuras, et poenas ecclesiasticas compellere possint virtute Bullae Gregorij 13. incipientis Equum reputamus. Datum Romae Februarij 1573. Respondit posse a manifestis iniurijs, et violentijs illos compescere, etiam censuris, et poenis Ecclesiasticis. Datis Romae die 16. Aprilis 1648. Quapropter ut praemissa firmius subsistant, et inviolabiliter observentur: nobis per parte Joannis Episcopi huiusmodi fuit humiliter supplicatum, ut illa, auctoritate Apostolica confirmare de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur dicti Joannis Episcopi votis hac in re annuere, illum qui specialibus favoribus, et gratijs prosequi volentes, et eundem Joannem Episcopum a quibusvis excomunicat.^is suspensionis, et interdicti, alijs que ecclesiasticis sententijs, censuris, et poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolvenus, et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicat.^bus inclinati, praeinserta responsa, seu resolutiones, auctoritate praedicta, tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illis que Apostolicae firmitatis vim, et robur adijcimus, et inviolabiliter observari mandamus, salva tamen semper in praemissis auctoritate dictae Congregat.^is. Decernentes sic et non aliter in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici auditores, ac S. Romanae Ecclesiae etiam de latere legatos iudicari, et diffiniri debere. Ac irritum, et inane, si quid secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel

Si pueden los conservadores descomulgar a los vicarios generales de los obispos.

Confirmacion de su Santidad a la decision de los S.^es Eminentis. Cardenales con clausulas efficaces para su observancia.

ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis,
ac Universalibus, provincialibusque et Synodalibus Conciliis, e-
ditis generalibus, et specialibus constitutionibus et ordinationibus necnon
Ecclesiae Angelopolitanae, ac Societatis praedictae etiam iuramento
confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis
statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et
litteris Apostolicis eidem Ecclesiae, et Societati sub quibuscum-
que verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam
derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et in-
solitis clausulis, ac decretis etiam irritantibus, etiam motu
proprio, ac etiam consistorialiter, et aliàs quomodolibet in con-
trarium praemissorum, quomodolibet concessis, confirmatis
et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro suffici-
enti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, spe-
cialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum
non autem per clausulas generales idem importantes mentio,
seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exqui-
sita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et
singulorum tenores praesentibus pro plenè, et sufficienter ex-
pressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris
ad effectum praemissorum, specialiter, et expressè derogamus
ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud
S. Mariae Maiorem sub annulo piscatoris die 14 Maii
M.DC.XLVIII Pontificatus nostri anno quarto, et
subinde cum Clerici Regulares Societatis praedictae praetenderent

Segunda audiencia a instancia de los religiosos de la Compañía.

ex pluribus capitibus praeinsertas nostras litteras non esse [illegible]-
catas, novam desuper a nobis audientiam obtinuissent. Nos
negotium huiusmodi particulari Congregationi nonnullorum vene-
rabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilecto-
rum filiorum Romanae Curiae Praelatorum examinandum, et
definiendum commisimus, qui partibus etiam in contradicto-
rio pluries auditis, earumque oppositionibus maturè perpensis
censuerunt prout sequitur, videlicet: Cum sub die 14

Maij M. DC.XLVIII. emanauerit Breue Sanctissimi Domini nostri super Controuersijs uertentibus inter Episcopum Angelopolitanum ex una, et Patres Societatis Jesu ex altera. Patres uero predicti pretendentes ex pluribus capitibus breue non esse ueritificatum obtinuerint a Sanctitate sua nouam audientiam Congregatio nonnullorum Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium ac Romane curie Prelatorum, super huiusmodi differentijs ab eodem Sanctissimo specialiter deputata, partibus etiam in contradictorio pluries auditis, singulisque oppositis mature perpensis censuit supradictum Breue esse ueritificatum, ac proinde illius executionem nullatenus esse impediendam, aut retardandam. Datum Rome die IV. mensis Februarij 1652. Cum autem sicut eiusdem Joannis Episcopi nomine nobis nuper expositum fuit. Ipse Joannes Episcopus preinsertum decretum pro firmiori eius subsistentia, et obseruatione Apostolice nostre confirmationis robore communiri summopere desideret. Nos eiusdem Joannis Episcopi uotis hac in re benigne annuere, ac ipsum Joannem Episcopum specialibus fauoribus, et gratijs prosequi uolentes, et a quibusuis excommunicationis suspensionis, et interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, et penis a jure, uel ab homine, quauis ocatione, uel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, et absolutum fore censentes supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, preinsertum ultimo decretum huiusmodi, ac omnia, et singula in eo contenta Apostolica auctoritate, tenore presentium confirmamus, et approbamus, illisque inuiolabilis Apostolice firmitatis robur adijcimus, ac illa inuiolabiliter obseruari mandamus. Decernentes sic, et non aliter in premissis, per quoscumque judices ordi-

Segundo decision y decreto confirmatorio entorno del primero Breue oidos muchas ueces los dichos religiosos de la compania

Segundo breue de Su Santidad confirmando este segundo decreto y mandando que se guarde a la letra el breue primero, y sus decisiones con las clausulas mas supplicatorias y non obstantes, que en el primero se contienen.

narios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici auditores et S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus illis quae in praeinsertis nostris litteris voluimus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam maiorem sub annulo Piscatoris die 19. Novembris 1692. Pontificatus Nostri anno 9.

J. Gualterius.

Este Breve lo hace declara mi consulta: 40. y nota,
que el titº, no dise, ad perpetuam rei memoriam, sino ad futuram,
porque este Breve a instancia de parte, q. podia alegar mu-
chas cosas, q. no se aprobaban. y assi este decreto solo obliga por
tiempo, mientras las Cortes ... informan no dispone otra cosa
y solo procede este Breve directe e[n] ... para el obispo y obis-
pado de la puebla de los angeles, en Indias occidentales de la nueva
España, como consta del Breve, y indica, y ... acaecer hable
con otros obispos, y obispados, y otras ... en estas Indias.